



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Creati A Clemente V. authore Constitutionum Clementinarum, cuius
Regesti volumina 9. in Vatic. Biblioth. seruantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

GWALTERVS VVNTERBVRNE Satisburiensis
Anglus, Ordinis Prædicatorum Cardinalis, in principi-
bus ætatis suæ Theologis numeratus, graues & altas fa-
cias, priscis illibatas, vel ut maximè in transcursu attactas,
præstantibus ausis, maiori molimine, feliciter adape-
ruit, scripsitque

Summam Theologiæ lib. 3.

De Peccato originali.

Quæstiones Theologicas.

Sermonesque coram Edoardo I. Anglorum Re-
ge (cui fuerat à Confessionibus.) Obiit Genua
anno 1305.

CREATI A CLEMENTE V.

authore Constitutionum Clementinarum,

cuius Regesti volumina 9. in Vatic.

Biblioth. seruantur.

BERENGARIUS STEDELLI Vasco, ex Abbatे S.
Aphrodisij Biterrensis Episcopus Cardinalis Tuscula-
nus, Iurisprudentiæ scientiâ instructissimus, legales titu-
los, enucleatissimè exposuit, scripsitque

De Sententia excommunicationis.

Super summam Ostiensis insigne opus, quod vo-
cauit Oculum, ut notat Trithemius.

Repertorium Iuris manuscript. in Bibliotheca Ec-
clesiæ Cameracensis. Et alia quædam. Obiit
Auenione an. 1321.

THOMAS IOYCE alias Iorsius, ord. Prædicatorū,
Anglus Cardinalis, Philosophiæ studiosus & in paucis

peritus scripsit

- In libros Sententiarum lib. 4.
Postillam in Psalterium.
Sermones per annum.
De Doctrina Scholarium.
De Conceptione Beatæ virginis.
In Genesia.
Super Boëtium de Consolatione.
Contra Ioannem Scotum.
Quæstiones Theologicas.
De concordantia librorum S. Thomæ Aquinatis.
Postillam in Proverbia Salomonis.
In Canticum Canticorum.
In libros Augustini de Ciuitate Dei
Quodlibeta.
De statu animorum post mortem.
Aduersus Iconoclastas. Obiit apud Allobrogies anno 1311. Apostolicæ Sedis ad Henricum 7. Imperatorem Legatus. Iacetque Oxonij in Monasterio Prædicatorum.

NICOLAVS FARINVL A Rothomagensis Cardinalis, Ord. Prædicatorū, Theologiæ professor eximus, & Philipi Pulchri Francorum Regis à confessionibus, scripsit

- Sermones plurimos, ut notat Eisengrein.
Rituales libros, ut refert Cortesius. Obiit Lugduni anno 1323. sepultus ad Prædicatores.

GUILLEMVS DE MANDAGO SO Gallus, ex Archiepiscopo Ebredunensi Cardinalis, iuris enarrator, & sublimis interpres, scripsit referente Trithemio,

G iii

Nomencl. Sanctæ Romanae

De Electione Prælatorum præclarum opus.

Expositionem eiusdem libri.

Et alia quædam. Obiit Auenione circa an. 1324.

JACOBVS OSSA Caturensis, Gallus, Cardinalis, demum Joannes Papa 22. acri iudicio, in Theologicis disquisitionibus celebris, sibi meti ipsi ut Pontifex renunciaretur præcipuus extitit suffragator, scripsitque,

Quædam in Theologia, ut refert Cortesius.

Sermones varios de visione Dei.

Epistolas multas, quarum quatuore extant in historia rerum Bohemicarum.

Constitutiones viginti, extrauagantes dictas.

Eiusque Regesti complura volumina in Biblioth.

Vatic. seruantur, quibus etsi nomen suum æternauerit, multum tamen inclaruit ob libros ei ab Augustino Triumpho, Guidone Perpiniano, Petro de Apono, Alexandro de Sancto Elpidio, & Petro Aureolo inscriptos, Syluensemque Episcopatum Aluaro Pelagio collatum. Obiit anno 1334. Iacerque in Cathedrali Auenionensi.

GVILLELMVS PETRI DE GODIVO. Baionensis diœc. Gallus ord. Prædicatorum, ob absolutam sacram literarum peritiam, quarum Lutetiae non vulgaris interpres fuerat, à Clemente quinto in Senatum lectus & Galero perornatus, scripsit

De nuptiis Christi Domini & Ecclesiæ.

Insigne volumen, quo iura omnia, Concessiones & Priuilegia Romanæ Ecclesiæ amplexus est.

Sermonesque multos. Obiit Auenione an. 1336. Iacetq; in Cathedrali Tholosana, cū hoc Epitaphio.

Dominus frater Guillelmus Godinus Episcopus Sabinensis Cardinalis.

VITALIS DE FVRNO Vasatenis Gallus ord. Minorum Cardinalis, quamuis secretis etiam Philosophiae illustratis, multarum scientiarum cognitione probè excultus esset, Theologiam tamen antiquissimam habuit, scripsitque

Postillam in Apocalypsin.

De paupertate Christi & Apostolorum.

In Prouerbia Salomonis,

In Euangelia lib. 4.

Quodlibeta.

De tuenda sanitate & remediis morborum.

In quartum Sentent. opus nondum ut opinor excusum, quod in Biblioth. Vaticana vidi.

Sermones multos.

Speculum morale totius sacræ scripturæ, in quo vniuersa ferè loca & figuræ veteris ac noui testamenti mysticè explanantur. Iacet Auenione in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

Hic iacet Reuerendus in Christo Dominus Frater Vitalis Ordinis Minorum bonæ memorie Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis qui obiit die 16. mensis Augusti. Anno Domini 1327. cuius anima requiescat in pace.

*A IOANNÆ XXI. DICTO XXII.
CREATI.*

ARNALDVS DEVESA, seu Via Caturcensis Cardinalis Ioannis Papæ 21. dicti 22. nepos, scripsit, ut notat Eisengrein.

Pia quædam in laudem B. Mariæ Virginis. Obiitque Auenione an. 1338.